Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ris eum ascendentem in celum ecce uiri
ad eum in ueste alba ad eum dixerunt
Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in uoce
exultationis
Concede qs omipotens deus ut qui hodiernam diem unigeniti tui redemptoris
nostri ad celos ascendisse credimus ipsi quoque mente in celestibus habitemus
Per eundem
Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile quecumque cepit ihesus facere et docere
usque in diem qua precipiens apostolis
per spm scm quos elegit assumptus est
Quibus et prebuit se ipsum uiuum post
passionem suam in multis argumentis
per dies quadraginta apparens eis et
loquens de regno dei Et conuescens
precepit eis abire de solimis ne discederent sed expectarent promissionem patris
quam audistis inquit per os meum
quia iohannes quidem baptizauit
aqua uos autem baptizabimini spiritu sco non post multos hos dies Igitur
qui uenerant interrogabant eum
dicentes Dne si in tempore hoc restituis regnum israel Dixit autem eis
Non est uestrum nosse tempora uel momenta quae pater posuit in sua potestate sed accipietis uirtutem supueniente
spu sco in uos et eritis mihi
testes in hierusalem et in omni iudea et samaria et usque ad ultimum terre Et
cum hec dixisset uidentibus illis
eleuatus est et nubes suscepit eum
ab oculis eorum Cumque intuerentur in
celum euntem illum ecce duo uiri asti
terunt iuxta illos in uestibus albis
qui et dixerunt Viri galylei quid
statis aspicientes in celum hic
ihesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in celum
Ascendit deus in iubilatione et dominus in uoce tube
Ascendit de oriente
minus insyna
insanctuo ascendens in altum
captiuam duxit capti uitatem
Summi triumphi regis
Secundum marcum
Recumbentibus eis
undecim discipulis apparuit illis
ihesus et exprobrauit incredulitatem
illorum et duritiam cordis quia his
qui uiderant eum resurrexisse non
crediderunt Et dixit eis Euntes
in mundum uniuersum predicate
euangelium omni creature Qui credi
derit et baptizatus fuerit saluus
erit Qui uero non crediderit con
dempnabitur Signa autem eos qui
crediderint hec sequentur In no
mine meo demonia eicient linguis loquentur nouis serpentes
tollent Et si mortiferum quid
biberint non eos nocebit Sup